



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnium huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XXIV. An iam nunc aduenerit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

tè extremo Iudicio antecessurum.

RESPONSIO hinc liquet ad obie-  
cta Magdeburgensium, Beze, & Calvin.

QVÆSTIO XXIV.

*Antichristus an iam aduenerit?*

LUTHERVS in supputatione temporum ait, Anti-  
christum aduenisse cum gladio Spirituali post annū  
600. cum Phocas Papam vocauit Caput Ecclesiarum.  
Cum Temporalis vero post annum 1000. Vltimumque  
Papam fuisse vult Gregorium VII. Sic & Bilander.  
A Magdeburg. *Cens. 6 c. 1.* clamant Gregorium præ-  
omnibus adlaborasse ad Antichristum introducen-  
dum.

II. Samosateni noui in Hungaria &  
Tranfyl. volunt, vero Christo abolito Ro-  
manum Antichristum protinus introductū  
fuisse, fecisseque Deum trinum, & Chri-  
stum binum.

AT, 2. *Thess. 2.* Antichristus, cum ve-  
nerit, seipsum faciet Deum, non alium.  
Et Christus ait, *Matt. 16.* prædixit *Porte inferi non proualebunt aduersus Petram suam.*

III. Illyricus ait Antichristum venisse sub annum  
412. cum Rom Imperium coepit inclinare.

AT, Logi: IV. Similesque sunt &  
Chytrai: Negantis tamen Flacco suo,  
duraturum eius regnum 1260. annis.  
Quia sic constaret finis mundi.

V. Henr. Bullingerus ait Antichristum apparuisse  
anno 763. Quia *Apoc. 13.* nomen Bestiæ est numerus  
666. queis adde annos 97. Scriptam Apocalypsim an-  
tegressos à Christo nato, erunt anni 763.

AT, *Apoc. 3.* dicitur is numerus esse  
nominis, non temporis: vt S. Irenæus  
exponit.

VI. Wolsf. Moleculus vult sub annum 1200. Quia  
S. Bernardus *serm. 6.* in *Psal. 90.* post Ecclesie vitia &  
persecutiones recentissas ait: *superest, & reuelatur Ho-  
mo peccati.*

AT, nux hæ.

Orthodoxos varia varios fuisse opi-  
natos. Vide *Bell. l. 3. de Pont. c. 3.*

AUTOR, Necdum venit; nec tem-

pus Aduentus sciri potest. Patet è signis  
aduentum Christi secundum Antecedentibus,  
Comitantibus, & Sequētib.

I. Quia Euangelium nondum vbique  
prædicatum est; ceu prædictum *Matth. 24.*

II. Nondum Imperii venit omni-  
moda desolatio, prædicta *Daniel. 2. & 7.*

Nec in decem id regna diuisum tenetur  
ab vno. III. Necdum venerunt He-  
lias & Enoch. *Apo. 11. Dabo duobus testi-  
bus meis, & prophetabunt diebus 1260.*

Helias Iudæis, *Malach. 4.* Henoch Gentib.  
*Ecc. 44.* Qui XXX. diebus ante finem  
Antichristi necabuntur. IV. Non-  
dum iuge sacrificium est sæuissima illa  
tribulatione sublatum; ceu prædictum,  
*Matth. 24.* & vt *Apoc. 9.* Tuba sexta si-  
gnificat. Tuba quinta forsan est Lu-  
thero caluinismus. V. *Daniel. 7. & 12.*

*Apoc. 12.* Antichristus regnabit solum  
mensibus 42. hoc est, dies 1290. Helias  
autem & Enoch diebus 1260. prædica-  
bunt. VI. Antichristi aduentus erit  
paulò ante consummationem sæculi,  
*Matth. 24. & 1. Ioan. 2.* *Apoc. 12. Bea-  
tus, qui expectat ad illos dies, scilic. 40 post  
necem Antichristi.*

QVÆSTIO XXV.

*Antichristi Nomen, Character, Ge-  
neratio, Sedes, Doctrina, &c.  
quæ, quæ?*

ITA est *Apoc. 13. Faciet omnes. & ha-  
bere Characterem in manu, aut in fronti-  
bus suis. &c. aut nomen bestia, aut Numerū  
nominis eius 666.*

I. Bullingerus vult designari tempus aduentus,  
mortisue Antichristi: Mahumeti autem alii.

AT, Ioannes loquitur de numero  
nominis; & viuētis bestia; non mor-  
tua.